




Gospel for the Third Sunday of Advent


Tonus ad libitum


D 
Ominus vobíscum. R̄. Et cum spí-ri-tu tu-o.



Sequénti-a Sancti Evangé-li-i secúndum Jo-ánnem. R̄. Glóri-a ti-bi Dómine.

I 
-n illo témpore: Mi-sérunt Judæ-i ab Jerosó-lymis sacerdótes et leví-tas



ad Jo-ánnem, ut interrogárent e-um: Tu quis es? Et conféssus est, et non



negávit: et conféssus est: Qui-a non sum ego Christus. Et interrogavérunt


e-um: Quid ergo? E-lí-as es tu? Et di-xit: Non sum. Prophéta es tu? Et



respóndit: Non. Dixérunt ergo e-i: Quis es, ut respónsum demus his, qui


mi-sérunt nos? Quid di-cis de te ipso? A-it: Ego vox clamántis in desérto:



Di-rí-gi-te vi-am Dómi-ni, sicut di-xit I-sa-í-as prophéta. Et qui missi fú-e-




rant, erant ex pha-risæ-is. Et interrogavérunt e-um, et dixerunt e-i: Quid




ergo baptí-zas, si tu non es Christus, neque E-lí-as, neque prophéta? Respón-



dit e-is Jo-ánnes, dicens: Ego baptízo in aqua: médi-us autem vestrum ste-tit,



quem vos nescí-tis. Ipse est, qui post me ventúrus est, qui ante me factus



est: cu-jus ego non sum dignus ut solvam e-jus corrí-gi-am calce-aménti.



Hæc in Betháni-a facta sunt trans Jordánem, ubi erat Jo-ánnes baptí-zans.